Schöpflin, Johann Daniel: Historia Zaringo-Badensis (7)

1766





præmiſſorum, & Nos *Georgius Comes Hirſutus, Arnoldus & Gerhardus Fratres Domini de Blanckenheimb, Hartardus Dominus de Schoneck, Gerhardus Advocatus de Hunolſtein, Hugo de Lapide* ac *Wilhelmus dictus Flache, milites* prædicti recognoſcimus Nos ad preces ſpectabilis viri Domini Joannis Comitis de Sponheim Domini in Starckenborg, nec non Dominæ Mezæ de Bavaria conjugum prædictorum ſigilla noſtra una cum ſigillis eorundem in evidens teſtimonium omnium præmiſſorum præſentibus appendiſſe. Datum anno Domini 1338. ſabbatho proximo ante diem S. Mathiæ Apoſtoli.

Not. *Ex authentico* primus hanc chartam edidit L. B. DE SENCKENBERG. Quæ quum Badenſibus rebus quam maxime inſerviat, poſtquam hujus domus provinciæ Sponheimenſibus ditionibus egregie fuerunt auctæ, illam coronidis loco ad jecimus, univerſo huic operi nunc imponentes

F I N E M.



INDEX

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/schoepflin_hist_zar_bad7/0338
© Universitätsbibliothek Freiburg